

Hypochoeris parvifolia Koster, nov. spec. — *Hypochoeris Hohenackeri* Beauverd in Herzog, Pfl. boliv. And., 1923, 211 (fig. 3, c).

Herbacea, nana, geminata, acaulis, perennis, 2 cm alta, 3 cm lata, rhizome crasso, furcato, $\frac{1}{2}$ cm lato. Folia numerosa, crebre rosulata, sessilia, anguste oblonga, apice obtusa, parva, crassa, integra, utrinque glabra, subcanaliformia, nervo medio basi dilatato, 1— $1\frac{1}{2}$ cm longa, circa 3 mm lata. Capitulum solitarium, sessile, multiflorum, campanulato-oblongum, 2 cm longum, 13 mm crassum; involucro campanulato, squamis decrescentibus, 6-seriatis, apice obtusis, sparse crispe albo-pubescentibus, margine partis superioris ciliatis, externis ovatis, nigro-viridibus, 5 mm longis, interioribus ovato-oblongis, intimis lanceolatis, parte superiore nigro-viridibus. Flores bisexuales; corolla ligulata, apice 5-dentata, dentibus obtusis, parte inferiore pilos paucos ferente, 18 mm longa, ligula 2 mm lata, intrinsecus probabiliter lutea, extrinsecus subnigra (in sicco). Antherae apice obtusae, basi sagittatae, partibus 2 obtusis. Styli rami modice breves apice subobtusi. Achenium immaturum breve, oblongum, costatum, subangulatum, erostratum; pappus uni-seriatus, setis plumosis, albis, 1 cm longis. Receptaculi squamae linear-lanceolatae.

Hab.: Rosettenpolster auf Alpenwiesen im Tcacota-Thal, 4300 m alt., Okt. 1911, n. 2425 c.

Obs.: Fieri potest, ut Beauverd recte tribuat hoc specimen *H. Hohenackeri* (Sch.-Bip.), sed diagnosis eius speciei tam manca est, ut non possim decernere, utrum specimen Herzogii pertineat ad *H. Hohenackeri* an non. *H. parvifolia* *H. stenocephala* affinis est, quae differt rhizomate, foliis, squamis involucri.

Crepidinae.

Hieracium L.

Species huius generis determinavit J. L. van Soest, 's Gravenhage.

Sectio Piloselliformia Fr., Epicr. gener. Hierac., 1862, 142.

Hieracium lagopus Don in Trans. Linn. Soc. 16, 2, 1830, 176; Zahn in Engler, Pflanzenr. 4, 280, 1922, 1095 — *Hieracium fulvipes* Weddell, Chlor. And. 1, 1855, 224; Beauverd in Herzog, Pfl. boliv. And., 1923, 138.

Hab.: an steinigen Abhängen der Buschregion von Tres Cruces, 1500 m alt., Febr. 1911, n. 1591.

Distr.: Columbia, Bolivia.

Obs.: Forma squamis involucri minus floccosis.

Sectio Aurelliformia Fr., Epicr. gener. Hierac., 1862, 145.

Hieracium spec. — *Hieracium Herzogianum* Beauverd in Herzog, Pfl. boliv. And. 1923, 165 (nomen nudum).

Hab.: an Felsen des Cerro Sipascoya, 3300 m alt., April 1911, n. 2046 c.

Obs.: Specimen corruptum. Ab *H. argentinensi* Zahn differt pilis insigne dentatis, foliis caulinis circa 8, pedicellis longioribus, squamis involucri villosis, eglandulosis, sine marginibus.

MUTISIEAE.

Mutisieae huius syllogae, excutiendae traditae erant G. Beauverd, annis 1914—1930. Is magnum numerum novarum specierum et varietatum

nervo medio pilis longis subrigidis, crispis, grossis praedita. Capitula campanulato-cylindrica.

Fortasse Beauverd recte dicit eam varietatem novam esse, sed specimen integrum non est et alia, quae comparentur, praesta non sunt.

Hypochoeris ornata Koster, nov. spec. — *Hypochoeris taraxacoides* var. *lanuginosa* Beauverd in Herzog, Pfl. boliv. And., 1923, 228 (nomen nudum) (fig. 3, a—b).

Herbacea, parva, acaulis, perennis, $2\frac{1}{2}$ cm longa, 6 cm lata; radice crassa. Folia omnia radicalia, rosulata, sessilia, anguste oblonga, runcinato-pinnatifida, dentibus integris vel undulatis, saepe curvatis, subacute, crassa, apice subacute, parte basali pedunculiformi, margine basi lanata, pilis longis, cetera glabra, $2\frac{1}{2}$ —3 cm longa, 5—7 mm lata. Capitulum solitarium, sessile, multiflorum, 2 cm longum, circa 13 mm crassum; involucro campanulato-cylindrico, squamis 3-seriatis, subaequilongis, lanceolatis, apice nigro-viridibus, acutis, $1\frac{1}{2}$ cm longis, $1\frac{1}{2}$ —2 mm latis, externis parte superiore pilis applatas, crispis, circa $1\frac{1}{2}$ mm longis, interdum fissis praeditis. Flores bisexuales, corolla ligulata, apice 5-dentata, 14 mm longa, ligula 2 mm lata. Antherae apice obtuse, ad basin breviter sagittatae, partibus 2 obtusis. Styli rami breves, apice obtusi. Achenium immaturum, breve, cylindricum, erostatum, costatum, subangulatum; pappus uni-seriatus, setis plumosis, albis, 6 mm longis. Receptaculi squamae lanceolatae, apice subulatae.

Bevelander del.

Fig. 3 — *Hypochoeris ornata* Koster, nov. spec. a: planta florescens ($\times 1$); b: squama involuci externa ($\times 3$) — *Hypochoeris parvifolia* Koster, nov. spec. c: planta florescens ($\times 1\frac{1}{4}$).

Hab.: am Cerro de Oruro auf steinigem trockenem Boden, 3800 m alt., Nov. 1911, n. 2522 c.

Obs.: *H. barbata* (Sch.-Bip.) Reiche differt folii margine ciliata et capitulo longiuscule pedunculato. *H. ornata* differt a ceteris speciebus affinibus et fortasse etiam a *H. barbata* (quam non vidi) pilis applanatis crispis involuci squamorum extenorū, quae causa nominis est.

